

Band VIII., Nr. 3214, Seite 380

*Die Grafen Diepold und Ulrich von Aichelberg freien dem Esslinger Bürger
Ulrich Kilse einen Hof in Altbach vom Vogtrecht.*

Esslingen, 1283. Februar 8.

Nos Diepoldus et Ūlricus de Aichelberg comites fratres universis presentium literarum inspectoribus aperte publicamus et publice profitemur, quod nos ius advocaticium, quo in curia discreti viri Ūlrici dicti Kilse civis in Ezzelingen apud Alpach constituta nos et nostri progenitores fungebamur et perfruebamur hucusque, ac eiusdem curie colonum presentem seu etiam alium quemcunque futurum eidem colono in predicta curia successurum dumtaxat nostro dominio pertinentem eidem Ūlrico et eius heredibus ac suis successoribus utriusque sexus quibuscunque contulimus titulo gratuito et conferimus literas per predictas perpetua libertate possidendos, ita quod non possit esse condicio magis legitima in infeodando nec melior in recipiendo seu possidendo, nichil iuris consuetudinis aut occasionis nobis aut nostris successoribus quibuscunque in dicta curia reservantes nisi stricti iuris fidelitatem, a qua tamen fidelitate et eius executione sexum femineum duximus absolvendum, quamdiu eadem curia in eiusdem sexus fuerit potestate. In cuius rei evidens testimonium literis ipsis nostrum et opidi de Ezzelingen sigilla fecimus appendi. Quorum omnium sunt testes: . . scriba de Zelle, Gero et Hainricus fratres dicti Crânech, Otto de Dürnnen, Rūdolfus minister de Wilhain, Reimo minister de Wendelingen, Sifridus scultetus de Ezzelingen, Hainricus dictus Stainbis, Hainricus dictus Holzuser, Ludewicus im Stainhuse, Hainricus de Grūningen¹, Ūlricus dictus Zeller, Rūpertus senior, Cūnradius frater eius, Cūnradius dictus Kurze, Johannes frater suus, Rūdolfus dictus Hasenzagel, Fridericus dictus de Hallis et Hugo dictus Nallinger ac alii quam plures fide digni et ydonei testes.

Data et acta apud Ezzelingen in domo Ūlrici dicti Zeller predicti, anno domini MCCLXXXIII., VI. idus Februarii, indictione XI.

Der Textabdruck folgt dem Original.

Abhängend 2 Siegel 1) Siegel des Grafen Diepold von Aichelberg, vgl. die Siegelbeschreibung zu Urkunde Nr. 2276 (WUB, Bd. VII, S. 192). 2) Siegel der Stadt Esslingen, vgl. die Siegelbeschreibung zu Urkunde Nr. 1424 (WUB, Bd. V, S. 189).

¹Markgröningen oder Neckargröningen.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

StA Ludwigsburg

Signatur/Titel des Originals:

B 169 U 234

Regesten:

ADOLF DIEHL (BEARB.): Urkundenbuch der Stadt Esslingen, 2 Bde., Stuttgart 1899-1905 (Württembergische Geschichtsquellen 4 bzw. 7), Bd. 1, S. 67, Nr. 181.

Weitere Angaben

Beschreibstoff:

Pergament

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Esslingen

Ortsindex:

Aichelberg Wohnplatz (567)

Aichelberg, GP

Altbach Wohnplatz (294)

Altbach, ES

Dürnau Wohnplatz (669)

Dürnau, GP

Esslingen am Neckar Wohnplatz (331)

Esslingen am Neckar, ES

Markgröningen Wohnplatz (1046)

Markgröningen, LB

Neckargröningen Wohnplatz (1198)

Neckargröningen, Remseck am Neckar, LB

III

Schwäbisch Hall Wohnplatz (3361)

Schwäbisch Hall, SHA

Weilheim an der Teck Wohnplatz (461)

Weilheim an der Teck, ES

Wendlingen am Neckar Wohnplatz (465)

Wendlingen am Neckar, ES

Zell Wohnplatz (353)

Zell, Esslingen am Neckar, ES